cilio, non in aedes tantum suas sed et in animum. Quem  
 iucundum est videre, gloriosum comitari, loquentem  
 audire sumae oblectationis; alioqui familiariter sumae  
 felicitatis. Qui humanitatem suam exhibet omnibus. In  
 quo mansuetudo cum animi demissione coniuncta,  
 quod cum neque ferocem ingenii praestantissimi ma-  
 gnitudo, neque superbum clarissimi generis nobilitas, neque  
 arrogantem vulgata maximae fama doctrinae fecerat.  
 Sumam gravitate cum singulari comitate coniunxerat.  
 Erat in illo comitate condita gravitas, gravitatem adhibebat  
 singulari facilitate temperatam. Dicitur te doctissi-  
 mum esse testantur, facta humanissimum.  
 Gratiam odiumque, solemnes plerumque scribendi consue-  
 ram diu procul habeo, nulli mortalium infensus of-  
 fensus nulli. Benevolum se praebet in primis omnibus.  
 Damnet neminem, ore, calamo, vultu accuset neminem.  
 laudet omnes; contumelias, et illata damna ferat, et  
 pro malefactis benefacta respondeat. Petitus per ad-  
 versarios? non agnoscat; et pro amicitia habeat; omnibusque  
 benevolentiae signis praetextet, et insidias muneribus ante-  
 vertat. Declarasti plane hunc tuum adventum a summa esse  
 facultate, profectum, non nisi ab humanitate tua intemperatum.  
 Nullum sibi in hoc beneficio partem vindicat ordinis nostri  
 meritum; nullam scholae celebritas; nullam magistri nobili-  
 tas; sed totum a bonitate, benevolentia dignitate tua ortum.  
 quae dignos eos facit, quibus tuae benignitatis lumen obori-  
 tur. Cum splendor vester ex multis variisque bonis effulgens  
 non secus atque lumen solis; omnium oculos mentesque per-  
 stringeret; obteyistis vos eum humanitatis vestrae quasi  
 nube, ut aries nostra ferre posset; et cum amplitudi-  
 nem vestrae dignitatis via Roma ipsa eareat, contraque  
 istis vos benevolentiae causa vim illam ornamentorum

29  
 iure vobis concessam et traditam, ut his parietum et  
 tectorum angustis concludentur. Nec feritatem ullam, nec  
 immanitatem eos exuere est necesse. Demissio in magnitudi-  
 ne, comitas, morum facilitas, facilis auditus, beneuola  
 et amica compressatio, frontis amoenitas, utroncabe-  
 neficia, hilariq. animo, vultu porrecta, tacida maxima  
 et nullo teste porrecta, si qua potissimum necessitas pre-  
 mat, magno ad magna incitamento sunt. Obesse nemi-  
 ni, benefacere omnibus: liberalem e suo, parum ex alieno,  
 esse, nullius unquam aestimationi quidequam derogare,  
 silentio damnanda, nemere, vulgare laudanda, etiam  
 in hoste, magnam ad prima quaeq. ianuam aperit.  
 Contumeliam deinde et hostem pati et gratias pro iniuria  
 tanquam pro beneficio agere et aemulum laudare et be-  
 neficiis onerare, via ad maxima est. Haec qui fecerit,  
 magna sperare et imperare magnus potest. sq.

Saepe quod beneficia referunt nequeunt, verbum assa-  
 bile impetral, et vultus serenior: apud vulgus praesertim,  
 quod ab externis interna metitur, et sui pretium a fron-  
 te maiorum desumit. Affabilitas artifex est, cunicu-  
 los agit in animis, ut quos aperta vis non valuit, oc-  
 culte irrepens suauitas duritie expugnata in amorem  
 inclinet. Saue cum suis colloquium reciproci amoris est  
 decemyseda, crescente illo, sic capiet incrementum, decre-  
 scente decreset. Neq. vllus tam inhospitalato educatus antro,  
 aut ab omni ciuilitate adeo praecisus est Misanthropus,  
 quem non benigniora verba ad amorem, affabilis vultus reci-  
 procum euocent in effectum. Saepe olim vigeat Romae  
 nonis columna, quam lamen vel primus audentis. Probi  
 spectus in testes mutui amoris voces eliquauit. Affa-  
 bilis aliorum praecipue laudem intendit, ad quam etiam cum  
 reprehendit, manuducit. Non vilescit ut adulator: non in-  
 solens ut litigiopus; sed medium tenet beatus. Insuperiam

Affabilitas  
 Benignitas  
 Comitas  
 mansuetudo  
 Comitas  
 Anonym.

Senec.

omnem adimplet affabilis; quia suum cuiq. reddit.  
Respondet enim familiaris amicis; benignius extraneis;  
superioribus seris; iuuenibus iucunde; tenerioribus  
blande, dicam verbo; omnibus accomode. Magnus hic  
est, qui attrahit omnes. Attraxit hoc artificio Sy-  
phacem tyrannum Romanis fascibus Scipio: quem nullis  
armis ab imata feritate potuerat abstrahere. Paces affabi-  
lis omnibus laudabiliter; quis omnes illi decentes placent.  
Pacem adunat ferma affabilis. Etiam si audiat, quod non li-  
bet, non tamen audeat, quod libet. Suauiter refigit iaculum,  
molliter infigit verbum. Imo sermonem declinat ama-

biliter. Hanc affabilitatem summa etiam orbis capita iam  
quondam inter praecipua numerauerunt: Vis posse, unde tam  
felicis Augusti senium? Promiscuis salutationibus admitti-  
bat plebem, tanta comitate aduentium desideria excipi-  
ens; ut ciuile arbitraretur, misceri quandoq. voluptatibus  
vulgi. Recentiora non addo, ad magnum Magni Caesaris  
filium Ferdinandum II duntaxat prouoco, quo eius  
temporis Coloniae Praeful et Elector: Eum vultu  
mortalium corda rapuisse, nullum etiam ex plebe a  
se tristem abiisse. - Gallicanum Herculem aurea morta-  
lium corda sibi torque deuinxisse fabula fuit, si vis  
veritas erit: sis sermone affabilis, et sequacia infusi-

culis charitatis dilectorum corda, felici doctus experien-  
tia, tua coges in obsequia. - Moribus tuis ad sit affabili-  
tas, verbis urbanitas. Et autem affabilitas, obuiis salu-  
taria; urbanitas comites eos appellare. Legimus non  
solum in priuatis, sed etiam in ipsis Regibus, quantum  
facilitas blandae affabilitatis profuerit. Quid? faci-  
les aditus: quid? aures patientissimas; quid? benigna  
responsa; quid? vultum ipsum Augusti decoris grauitate  
hilaritate permixta, venerandum quiddam et amabile re-  
nidentem, quis digne exequi possit? Quarum rerum mi-  
raculo sui omnes deuinciebantur, ut non tam omnes do-

terent, quā illum tyrannum ita diu tulerant, quam quod tali principē tam sero fruerentur.

Nason.

Nihil magis aduersariorum animos flectit, quam placabilitatis et mansuetudinis nomen. Sit Rex in verbo affabilis, munificus in beneficiis, et integre auctoritatis, seruet in omnibus dignitatem. Tamam namq. benignitatis conciliat sermo bonus et lingua gratiosa. Amorem fidelissimum et constantissimum, etiam a durioribus extorquent beneficia et quem fecere fouent, solidant. -- Non oportet quemquam a Caesaris colloquio tristem discedere.

Alph.

Tul. Vesp. l. mo.

similitudo Plu.

Qui equos domant, primum blandiuntur, ac mollissime tractant, et assuescant frasco. Sic populus lenitate subigendus. Quemadmodum adamas ad uersus omnia inuictus, hircino sanguine, eoque calido ac recen- ti maceratus malleo frangitur: ita quaedam ingenia nulla vi peruenias: blanditia emolienda sunt. 92.

Orumna est philosophia breuis, mortis contemplationem inducens. Prodest plerumq. quod nocet: non sola felices reddi- felicitas, sed acerbis etiam suauia, utilibus noxia permis- centur. Non sic nobis moliantur exitium, non sic ruinam omnia, ut his velut gradibus non celsius assurgatur. Latet plerumq. in aduersis solatia, et nubes hae solem tegunt: nu- cleus latet in putamine, in vili concha teguntur margaritae, et marini fluctus naues hauriunt, sed fundunt vni- ones: turbo instructam ad fulmina nubium perturbat aera. Aduersis virtus erigitur, aduersis alitur in equales pro- ficit, in rerum roboratur, carit in fiduculis triumphat in catasta. Prospera tibi ad votum fluunt? Retrosaepe refluit virtus, melius virtutem aduersa consolidans.

Afflictio

Orumna.

aduersitas calamitas

maior dolor luctus

agritudo miseria labor

infelicitas mala

patientia tristitia

Prostratus afflictusq. calamitatibus et difficultatibus affe- tus atq. animo aeger, luctu perditus, angoribus et molestiis implicatus. Ad calamitatum barathrum deuolutus. Vbi vir- tus est, ibi esse miseria et aerumna non potest. Animus aequus, optimum aerumnae condimentum. Tanti in miseria fuit, quanta. In luctu atq. miseriis mors aerum- narum requies, non cruciatus est. Doloribus acerrimis anxiior, miseris, tremor maximis, ingentibus crucior calamitatibus. 94.

Afflictus

infelix, pro- stratus fractus

anxiosus perculsus

Me miseriae, me aerumnae premunt omnes. Opinione  
 ne omnium maiorem accepit dolorem. - Ea videor  
 conditione natus, nihil ut boni videam in vita, nihil  
 ut mali non subeam. Spes omnes me reliquerunt. Nemo  
 omnium, qui vivunt, me uno infelicior, infortunatior,  
 infesta, inferna, adversa, iniqua mihi sunt <sup>omnia</sup> ~~omnia~~,  
 Nulla est tam misera fortuna, quam mea fortuna non  
 superet, quae sit cum mea conferenda, quae non infra  
 meam fortunam sit. - Haec mihi nascenti dicta lex est,  
 ut amarissimam fortunam in omni vita degustarem,  
 nunquam ut secunda fortuna viderer, nunquam ut miser non  
 essem. Infausto nimirum adversoq. sidere sum natus. Me  
 tempestates flagellant; me voluunt turbines; me premunt  
 egestas: me insequuntur ludibria, me carriverunt ae-  
 rumnae: lacerant dolores: in me omnis malorum pro-  
 cella suos furoris exponerat. Omnibus me fortuna machinis  
 omni me telorum genere oppugnat. Non adversa tantum  
 sed eversa penitus est mea fortuna. - Quam nosum cor meum  
 affligitur. Ego tantis circumfessus periculis tantos moero-  
 res hausi, ut non potuerit maiores quispian mortalium.  
 In me famis, sitis, aestus, frigus, nuditas, paupertas, an-  
 geres, aegritudines, aliaq. id genus malorum cohortes  
 affiduo conspirant. Perhaesum sum vitae tot undiq. aerum-  
 nis atq. doloribus circumcinctae. Purior ad me aliqua  
 voluptas et laetitia redierat, tum de novo fatum, pro dolor,  
 in me inuit, hoc luctuosius, quo minus expectatum:  
 hoc funestius, quo repentinum magis et subitaneum:  
 hoc crudelius, quo innocentiores infirmioresq. aggre-  
 ditur, obruit, excarnificat. Adeo in me unam omnis  
 adversae fortunae malignitas desultat, omnisq. tempe-  
 las arietat, omnis iniuria depachatur: ut contra me  
 unum et terra et mare et omne genus hominum, et cum  
 ea vis inferorum funestis armata facibus coniurasse

et quasi dato signo irruiſſe videantur. Sortis aduerſae  
 telis expoſitus ſum. Ab ipſa, prope natura, tanquam ma-  
 tre crudeliſſima, abiectus et expoſitus. Videtur mihi cuncta  
 malorum, plauſtra forſ in me exonerari ſolum. O quot do-  
 lores rauſi! quot acerbitates exorbuſi. Ita ſum afflictus, ut  
 nemo unquam.

Mortore conficere, moleſtiſſis impli-  
 care, dolorem inurere, moleſtiam creare, calamitatem afferre  
 Haec res me non minus male habet quam te. Tuam vicem  
 doleo. - Obitum Patris tulit acerrime, ſic ut incurritatem  
 omnem amiſerit. Tuos omnibus fortunis eueriſti, in vlti-  
 mum diſcrimen, in hanc omnium fortunis deterrimam,  
 omniumq. miſerrimam conditionem adduſtiſti; Tuis oxi-  
 tum perſeruiſti. Inualetudo tua me valde conturbat, acriter  
 me torquet. mors illius magno mihi dolori eſt. In totas gentes  
 urbes conuerberat. Sumis difficultatibus germaniam vni-  
 uerſam bellum aſſerit, in multas difficultates coniecit, impulſit.  
 Honorum, gloriae cupiditas regnandi, inanis gloriae  
 ſtudium, inexplebilis, ardens gloriae ſitis, ingeniſſima humini  
 bus excellentiae cupiditas, peſtis in amicitias. qua nihil te-  
 trius, nihil ſocius excogitari poteſt. Perturbatrix huma-  
 narum rerum; optimi cuiuſq. ingenii corruptrix: omni-  
 um bellorum concitatrix, deſolentiſſima morum corrup-  
 trix, rerum nouarum indagatrix, verae virtutis expulſrix.  
 monſtrum humani cordis. Immortalem DEUM! quam enot-  
 nis ambitio; via non rumpitur ſcala muſica; ita omnes  
 volunt aſcendere. Unus: fa re. Tac Regem; alter Fa mi re;  
 fac me Regem; Tertius, ta mi ſol re, Tac me ſolum Regem.  
 Quo magis probanda eſt, magis laudanda eorum ſenten-  
 tia, qui inexplebilem gloriae ſitim; perpetuam audaciae,  
 temeritatis confidentiae comitem ac ſociam eſſe volunt.  
 ſitim dico, cui temperantiae laudem nemo tribuet  
 qui ambitioſorum animos ita deprauatos, ita vitiorum  
 ſordibus inquinatos nouerit, nullo ut ſibi a malefi-  
 cio temperent, nihil ſanum, nihil moderatum cogitent.  
 nihil quod ſit cum modeſtiae laude coniunctum, meditentur.

Affligere  
 Verate, exa-  
 gitare, perdere  
 ex cruciare  
 peſſumdare.  
 torquere, pro-  
 ſternere, de-  
 primere.

Ambitio  
 Ambitioſus,  
 Vanitas,  
 Faſtus,  
 Superbia,  
 oſtentatio.

Nieventz.  
 Knittz.

Illi cum famam duntaxat praedicationemq. popu-  
 larem sibi, in omni studiorum suorum ratione propo-  
 siverint ad eam literarum scientia sunt abusi. Illi autem  
 illa populari, quam studiosissime captabant, cum assi-  
 raret lenissime, ultra fortasse quam vellent, proeecti, eo  
 saepe delati sunt, ubi amissis rationis gubernaculis,  
 ac iudicii, sic variis errorum fluctibus iactarentur,  
 nullum ut capere possent veritatis portum et honesta-  
 tis. Nihil esse ambitione potentius, quoties praesertim  
 animum sublimem et erectum inuadit: omnia labefactat, om-  
 nia peruertit, omni machina et tormento fortius, mentis  
 moenia expugnat, neq. quicquam pensi praeter semetipsam  
 habere potest. Quin ut sanguine hircino adamantem emol-  
 lire potest, aiunt, ita robustissima consilia affectu illius  
 collabescunt. Ambitio non expugnat animum sed et de-  
 flectit, ducit non trahit; et cum voluptate quadam in-  
 perniciem abit; praesertim quotiescumq. meretricula illa  
 sanctissimae matronae virtutis laruam induit, et ali-  
 qua pudicitia probat sua.

Sententiae Noli quaerere ab homine ducatum, neq. a rege cathedram  
 honoris? Caritas non est ambitiosa. Non efficiamini  
 inanis gloriae cupidi. Oruga mentis est appetentia  
 dignitatum, si in his suprema spes vitae praesentis lo-  
 cetur. Respiciat unusquisq. furore saecularium digni-  
 tatum et cupidiarum, quae mentem animumq. pertur-  
 bant, ut compos sui esse non possit. Hoc ipso pernicio-  
 sior ambitio, quo blanda est conciliotricula dignitatum  
 Et saepe, quos vita nulla delectat, quos nulla potuit mo-  
 vere luxuria, nulla auaritia subruere, facit ambitio  
 criminifos; et ut dominetur aliis, prius seruit: cur-  
 uatur obsequio, ut honore donetur: et dum vult esse  
 dum ut dum vult esse sublimior, fit remissior 126

O ambitio, ambientium crux! Quomodo omnes torques?  
omnibus places? Nil acrius cruciat, nil molestius inquit,  
et al: nil tamen apud miseros mortales celebrius negotius Bern.  
eius. Ambitio subtile malum, secretum virus, pestis oculi,  
ta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitio-  
rum origo, linea sanctitatis, excaecatrix cordium, ex re-  
mediis morbos creans, ex medicina languorem gene-  
rans. Complures se scelere contaminarunt imperii Ci. idem.  
cupiditate. -- Relinque ambitionem: timida res est, vana  
ventosa, nullum habet terminum. Nunquam improbae  
spei, quod datur, satis est. Omnia se meruisse se existimat, nec  
satis pretio aestimatum, putat. Maiora enim cupimus, quo  
maiora venerint, intentioq concitatio est. Ambitio siue  
cupiditas in magnarum opum congectu collocata, ut  
flammae infinita vis acrior est, quo ex maiore incendio  
emittit. Qui studet Plato esse doctrina: dormire cum  
beata vetula, ut Euphorion cum Alexandro potare, ut Me-  
dius: diues esse, ut Gmenias: virtute praecellere, ut Epami-  
nondas: doletq. quod vnus non sit haec omnia; perinde  
facit, ac si mbleste feral, quod non sit leo montanus, et  
idem melitaea catella in sinu viduae diuitis. Ambitio  
et imperandi cupiditas omnium causa malorum, quae  
etiam bene constituta euertere conatur, grauius bella non  
solum nostra memoria, sed etiam antiquis temporibus in-  
uescit in res humanas. Singularis boni fructus est, am-  
bitiois refranatio. Extrema tunica perturbationum  
ambitio dicitur, quod reliquis perturbationibus ipsa  
ad intrinsecum exutus animus, hanc postremam euulsi, ut Simplicius  
tandem ad ipsum bonum nudus perueniat. Omi-  
ferriam seruitutem ambientium! Si duci affectibus  
propriis miserrimum est, quale erit pendere alienis? Niremb.  
Hinc aliud ambitionis, vtililegium, quod imortale vi-  
tium sit. Illud temporum ambimus, ubi non erimus.

Magnus, et omnino magnus et incredibilis ad  
 imperandum et ditionem late propagandam im-  
 pressus humano generi a natura rerum ipsa im-  
 petus quidam est: cuius incitatione praecipites per  
 abrupta omnia ruere solent, quibus per densissima  
 et praesentissima pericula aura quaedam affulget,  
 vel imbecillae speculae quoquo modo principatus  
 obtinendi. Qui cupiditatis ambitiosae stimulus  
 cum omnes assidue pungit mortales, tum eos praeci-  
 pue, qui gerunt in imperio et excepti natali sui  
 pura, ita se natos ad imperandum putant, ut in  
 dignam rem existiment, si qui praeter se terrarum  
 usquam, aut suis legibus homines et aequato civi-  
 tatis iure degant, aut alios regio iure et autoritate  
 moderentur. 127.

*Similitudo.* Chamaeleon, quoniam aura pascitur, non cibo, semper  
 hianti est ore: ita qui gloriosis et auris aluntur, popu-  
 laribus, semper aliquid capstant, quod famam augeat.  
*Plin.* Pau non explicat pennas, nisi laudatus: ita quidam  
 putant se non habere, quod habent, nisi sint, qui mirentur.  
 Ut ova plena sedunt, inania fluitant: ita qui veris vir-  
 tutibus, aut literis est praeditus, minus ostentat se, quam  
 qui secus. Ut venti desituri vehementissime spirare so-  
 lent: ita mortales cum maxime eferunt sese, tum  
 proximi exitio solent esse.

*Ambitiosus.* <sup>Wen</sup> Ardentiori desiderio inuensus, qui toto pectore in-  
 cumbit ad ambitionem, humanae laudis sitien-  
 tissimus. Diu noctuq. chartis impallens immortalitatem  
 apud mortales verans: notus aliis, ignotus sibi ne-  
 post vitam moriatur, in vita praemoriens. 128  
 Qui sapientiae nomen aucupatur vndiq. et impulsa  
 in omni congressu sui iactantia emendicat. Qui  
 famam duntaxat praedicationemq. popularem sibi

in omni studiorum suorum ratione proponit. Qui in  
 rumorum et concionum ventis colligendis acerrimam  
 corporis contentionem mentisq. comentationem ve-  
 hementissimam figit. Qui clandestinas laudes eiaculari.  
 altiora cogitat et ambitioni pedem laxat, interq. spes et  
 vota rem gerit. Qui nunc huc, nunc illuc circumcurfat,  
 sudat, aestuat, aures captat ac ramusculos. Qui in profe-  
 quenda laude omnes vel corporis cruciatus, omniaq.  
 mortis pericula parvi esse putanda existimat. Qui sin-  
 gulos artus suos fortunae suae daret modigendos quaes-  
 itaq. comprehendio laudis. 129.

Ambitiosorum animi  
 ita depravati ita vitiorum sordibus inquinati, nullo  
 ut sibi a maleficio temperent, nihil sanum, nihil mo-  
 deratum cogitent; nihil quod sit cum modestiae laude  
 coniunctum meditentur. Ambitiosi mercedis loco, plau-  
 sum emendicant, quem si forte sibi consequi videantur, tum vero  
 beatuli per caelum quadrigis invehuntur domus, grandes car-  
 minum offas, quibus vel Cerbero spiritum intercludant, itenim  
 ac saepius ingeminant. O viros sapientiae mancipēs! Vosne  
 officinas virtutis instruistis, et officinas quaeritis inanis  
 gloriae? Vos mera estis, ut Cato dicebat, mortualia glossaria:  
 et non mores et famam: non aliorum vitam, sed laudem  
 vestram curatis. Quorum varissima insolentia cui tandem  
 esse incognita potest? Videmus quotidie et indignamur eos,  
 qui modestiam, et augustum sapientiae nomen professi  
 sunt, cum arduis superciliiis, et severo rictu, votisq. et toti-  
 us oris gravitate composita, tanquam sibyllae oraculorum  
 interpretes verba ex intimo pectore elidere, lauream sibi ob-  
 tam macclarum facinus postulantēs. 130.

Ad iustitiam et virtutum comes et vitiorum. Amicitia non  
 solum ampla sed etiam iucunda, ditior et affluentior, re-  
 missior et liberior et dulcior, et ad omnem comitatem, pari  
 litatemq. proclivior; syladea; ubi in studiis; ambitiosa su-  
 catuq; naturae apta et conveniens ad res secundas vel aduersas. 132.

Amicitia  
 Familiaritas  
 Necessitudo  
 Amor, foedus.  
 Caritas.

*Cic.* Amicitia omnium diuinarum humanarumq. rerum cum beneuolentia et charitate summa coniunctio. Firmum et, pene solum Regnorum ac Reipublicarum fulcrum, ut per eam stent, sine ea concidunt. Quae sub Poneffo no, mine hostem legit, et inimicum intus alit, amicum foris profitetur. Quae mergit ubi lufit, et inter oscula uenerum iaculatur, inter arma toxicum propinat. Nullum certius est amicitiae uinculum, quam consensus et societas con-

*Cic.* filiorum et uoluntatum. Nihil est tam aptum, tam conueniens ad res uel secundas uel aduersas, quam amicitia. Illi coniunctus sum adamantino plane uinculo, Amicitiae uincula rumpere. Dissociat amicitias Dissimilitudo morum. Cui Remissione usus eleuatur amicitia Conuertisse illorum amicitia in graues inimicitias.

*Sententiae.* Amicitia in malo esse non potest. Amicus animae diu-  
*August.* midium, vitae medicamentum. Hodie sincera et uera amicitia adeo metiosa est, ut non obuia quaeq. sed rarissima au-  
 rifodina sit huius ferax, qui itaq. uinculum et catenam amicitiae affectat, prius fabricet ansulas retrogradi in alium amoris. Platium huius vitae est, ut habeas cui

*Anonym.* pectus tuum aperias, cui arcana communices, cui secreta tui pectoris committas, ut colloces tibi fidelem, qui in prosperis tibi gratuletur, in tristibus compatiat, in persecutionibus adhortetur, facilis uos, et communis: tuus sum totus, sed saucioris est affectus. Amicitia rerum omnium

*Ambros.* est uinculum. Amicitia, quae desinere potuit, nunquam

*Dem.* fuit uera. Polem e mundo tollunt, qui tollunt amicitiam. Vera illa amicitia est, et Piristi glutino consulata. quam non utilitas rei familiaris, non praesentia corporum tantum, non subdola et palpans adulatio,

*Hieron.* sed DEI timor, et diuinarum scripturarum conciliandi studia. Eadem uelle et eadem uolle, firma amicitia est.

scio tunc nouellam amicitiam habere dulcedinem, si annosa  
seruetur; et illud esse in affectione purius, quod nostri exa-  
minauerunt maiores. Amicitia animis, non annis spi-  
matur. Rudis tibi eorum non videatur affectus, quorum  
in te cultus annosus est. <sup>135</sup> Magis dandis, quam accipien-  
dis beneficiis amicitiae parantur. Permaximam amicitiam  
maxima copia fallendi est. Quemadmodum lac  
coagulo concreuit: sic homines comprimuntur, et vnum fiunt  
amicitia. Musica Symphonia constat e diuersis, puta graui-  
bus et acutis, inter se ratione compositis. At amicitia constat  
similibus. Ut puella in pratis alium post alium flosculum  
deceperens, semper nouis ardentibus capitur, mores ne-  
gligit: sic qui multas instituit amicitias, mox saturatus  
alias quaerit. Ut oculus, in quem humor aut phlegma illap-  
sum, parum videt: sic animi acies, quem amor inumbrat.  
Amaritissimus, qui aliquem habet implicatum consuetudine  
et beneuolentia. <sup>136</sup> Aretissima mihi cum eo intercedit nece-  
sitas, quotidiana consuetudo, coniunctissime et amantissi-  
me cum illo uiuo; amicitiam meam colit officiorum cre-  
britate, et incensis studiis. Ille mihi alter ego. Fratris loco eum  
diligio. Mihi ipso nemo est charior, nemo amicos, nemo  
iucundior. Est mihi proprius oculis charior. Vix dici potest,  
quanto eum amore prosequar. Est in irrupta amicitiae  
copula mihi coniunctus. Cetera omnia perferre possum  
ac pati: at sine amico meo, delicias meas, amores meos  
esse, intueri solem hunc non possum. Eius ceruicem creber-  
rimis amplexibus attriui; neq. ab eo diuelli possum. Unus in  
orbe terrarum ex animo lamias, mihi dum vita aderit,  
meus in te amor ab animo meo nunquam est absfuturus. Nil  
la me res ab instituta semel et confirmata inter nos ami-  
citia desistere cogel. Amicitiae nostrae vinculum nec  
Partiarum scissures cum filo vitae recident. Vita siue tuig,  
amor, pari studio ad metam decurrent. Spiritus ipse, prius  
ex huius corpusculi domicilio demigrabit, quam animo meo

Ennochus  
Amicitia  
Similitudo  
Iud.  
idem.  
Amicus.  
Charus.  
Necessarius.  
Dilectus.  
Studiosus.

impressus tui amor deleatur. quantum Lachesis fatale  
 flamen extendet, tantundem extendetur meus in te amor.  
 dum lucis usum indulgentia caelorum concedet me ha-  
 bebis tui amantissimum. Nulla neq. locorum, neq. tem-  
 porum iniuria efficiet, quo minus sim tui studiosus in  
 vita. 139. Adeo vivam amoris tui imaginem pectori  
 insculpsi meo, ut vis eam mors ipsa sit abolitura. Clavis  
 adamantinis amoris nostro fixus es, quos non nisi una  
 mors fatali atq. inevitabili telo suo valeat abrumper.  
 Amor, qui nos huiusmodi in nescit et Herculeo, ut dici solet,  
 nodo copulavit, nunquam dissolvetur. Nulla unquam  
 negligentiae rubigine decolorabitur amicitia nostra.  
 Repertus erit nostrae amicitiae candor. Quae omnia  
 elementa e vasta hac mundi machina, redeant in suum  
 chaos; ego amore et fide constabo. Amor quo in te feror  
 verus est, et omni simulationis integumento evolutus.  
 Tua amicitia facum habet, et quasdam benevolentiae  
 praestigias. Inest tui amoris sola quaedam facies strepitosa  
 fucatae amicitiae. Tu amicitiam fovet assentationibus quibus-  
 dam indicor; et optimo cuiq. maxime suspectis. Falam  
 benevolentiam, occulte vero periculum intentas. Tu sub  
 amici fronte, inimicum intus alis; tu amorem oculis,  
 fronte, verbis loqueris; odia pectore circumfers, quae oppor-  
 tunitatem nactus, effundas in nimis credulam mentem.  
 Non sunt fideles, quos munus, non gratia copulat; nam  
 cito deserunt, nisi semper accipiant. — In amico falso  
 comitas, urbanitas, et amica verba tanquam lupanaria  
 supra castimoniam blanda et quae facum et artis pluri-  
 mum secum trahunt. — Fuge eminenti amoris fluctus  
 et refluxus Euripaeae pectora: mergent, non deuegent, de-  
 priment navigantem. — Sciebam, te esse hominem dya-  
 blicem, et cili; sed non mente Ennii, plures linguae et  
 plura corda. Dum molli lingua, et verborum securo  
 publice prodesse videris velle, priuatim officiosissime peri-  
 mis. 142.

Conti.

Tibi etiam persuadeas velim, nihil esse vno me suam  
 tuis nihil tibi deuotius. Certe quod ad animum meum at-  
 tinet, vix in toto orbe esse puto, qui de te aut sentiat ma-  
 gnificentius aut praedice honorificentius. -- Beneuo-  
 lentia tua eo mihi iucundior est, quod ab eo animo est  
 profecta, qui sit humanus, facilis, candidus, ab omni  
 labe inuidentiae alienissimus. --- Nihil post Deum tua  
 mihi consuetudine in vita suauius est. Haeres mihi in  
 animo, in medullis, in intimis sensibus, in profundo, in  
 limo cordis. *143.*

Bella, tenera, fallax, culta, ce-  
 rissata, serica tunica mundule amicta cuius amo-  
 omni nutu et furtiua oculorum mollietate satis intelli-  
 genti loquitur.

*Amica,  
Amasia.*

Verbum dulce multiplicat ami-  
 cos, et mitigat inimicos: et lingua eucharis in bono  
 homine. Si possides amicum, in tentatione posside eum  
 Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanet  
 bit in tribulationis die. Est autem amicus socius men-  
 sae, et non permanebit in die necessitatis. Amicus fidelis  
 protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesau-  
 rum. Amico fideli nulla est comparatio, et non est digna  
 comparatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius.

*Sententia  
Eccl. 6,  
Ibidem.*

Amicus fidelis medicamentum vitae et immortalitatis: et qui ibi  
 metuunt Dominum, inueniunt illum. -- omni tempore di-  
 ligat, qui amicus est, et frater in angustiis comprobatur. *Pro. 11.*  
 Natium in amici veri benignitate decorem videbis, stabili-  
 licet integro laueris oceano. Dulcis vita amico sociata,  
 morborum omnium, dolorum annium leuamen vnicum  
 amicus verus; qua vno amara dulcescunt, mollescunt, et  
 pera, laeuigantur scabra, prosperantur aduersa stila,  
 reserunt tristitia, siccantur lacrymae et mors ipsa in amati  
 sinu vita potius, quam mors est. *In vero amico seue-  
1442*  
 rior quaedam benignitas, et tanquam costa matrona-  
 lis beneuolentia maturiorq. ac seria dictio. Quem  
 diligas, deligas; ne sub amica fronte in inimicum  
 vultum offendas: facilis enim vox. Totus sum tuus.

*Bonae.*

*Scriban.*

plurimis illa in ore, paucissimis in effectu. Tempore hoc turbido velut implexo syrtibus, et turbine maris obvio jactu hic vnicui non legitur. Secura bolide tentandum est humani pectoris profundum: cuius si extremum solummodo affectum experiaris, hic amicus nondum est; nondum fide non nuda vox amicus est, non cassa nux, non blandi

*Bahus* *Plud.* *Re.* sicut numum, ita amicum habere oportet probatum. Fidelis amicus hortus est conclusus, fons obsegnatus: hortus e quo imarcessibiles fructus fauoris et beneuolentiae; fons e quo indefinenter stillantes undas reciproci amoris haurire licet.

*August.* Sine amico omnis cogitatio taedium, omnis operatio labor, omnis terra peregrinatio, omnis vita tormentum; sine cuius solatio quid est viuere, nisi mori?

*Cassiod.* Amicus ab amico nec morte separatur. Dato operam, ut multi amici potius, quam multi boues in tua sint domo.

*Epict.* Quantum bonum est, ubi sunt praeparata peccata, in quae tuto secretum omne descendat, quorum conscientiam minus quam tuam timeas, quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia consilium expediat, hilaritas tristitiam dissipet, aspectus ipse delectet. Amicorum neq. nobis, neq. cuiquam

*Seneca* *Salust.* omnium satis fuit. Amicos neq. armis cogere, neq. auro parare queas: officio et fide patiuntur. Non exortus, neq. thesauri praecipua requirunt; verum amici.

*idem* *Similitud.* Hirundo aestate aduolat, instante hyeme auolat. ita in fidus rebus laetis praesto est; commutata fortuna deserit amici.

*Plin. cum.* Ut malum cibum nec retinere possis citra noscam, nec reuicere sine molestia; ita malum amicum si teneas, nec tamen absq. inimicitia ac tumultu reuicibilem

*Plud.* potes abicere. Ut crystalli fragmenta sarciri nullo modo possunt: ita difficillimum est, eos reconciliare, qui ex artibus

*Plin.* si maxima familiaritate in mutuum odium venerint. Ciconia tametsi demigrat, tamen reuersa semper eosdem reperit nidos: ita non oportet amicorum obintermissam.

vitali consuetudinem, obliuisci; sed memoriam illorum  
 semper nobiscum circumferre. Ut aqua igni admota  
 calefit; sic nostrum frigus ad amici ardorem. Sicut nauis  
 his vel eminus conspecta Pharus lucem et solatium affert; sic  
 nobis afflictis absentium amicorum affectus. Neut agri  
 la in locum amissae arboris aliam subferit; sic nos in ami-  
 cis oportet.

Amor maturus amaritium arbor, inflamatum tempore **Amor**  
 ris diuturnitate desiderium. Piū vel impiū amoris **Beneuolentia**  
 flama. Studium et ardor quidam amoris. Artissima gratia, **Studium**  
 amoris vincula. Charitas effusissima. Inenarrabilis aff- **Charitas**  
 tuantis charitatis vis. Crudelis mentium Procrustes. Ra- **Pietas**  
 pas illa cordis illecebra, inuictus tyrannus animi, in- **Libido.**  
 fidiosa illa siren, suavis ille tortor, blandusq. carnifex. Affe- **Nieremb,**  
 tuum monarcha supremusq. antistes. Amor est quidam  
 sui exitus, quaedam a se peregrinatio, cum quodam spem  
 tunc interitu. Voluntaria mors et quoddam sine necef-  
 sitate fatum. Amor est procreta cordium, trapezita  
 animorum, tabellarius cupiditatum. Aut mors est, aut  
 experientia mortis. Gratium vulnus, iucundum vene-  
 num. Rarus amaritudo, lactum martyrium, Gloriosa **Petrarcha.**  
 mors. Amor animum in res vanas erigit. Ego suauissimo  
 dolore perfusus, aegre ab ipsis latere vestigia molior.  
 Tanti affectus violentia omnia munimenta pro ni- **Amplificatio**  
 hilo habet, neq. ullis obiectis impedimentis destinetur,  
 quin quod velit, efficiat. Amor suas consuetas artes con-  
 tinuans, de nouo ferit cor eius, resuscitando penes illam  
 iam perire exoletas flamas. Furis amoris transuersa rapitur.  
 Fictus ille est a vanis ingenijs, veneratus a turpibus  
 desiderijs, seruatus in memoriam libidinum suorum  
 ab hominibus otiosis et bonarum rerum incuriosis.  
 Celebrare amotis veneratas et mortificas sagittas, quid aliud  
 est, quam pufilanimitatis nos conuincere; quis sit eo affectui  
 penetrabilia cordium incendenda velut obiciamus? amor  
 diuini apud eam sepultus, recipere amissas vires exorsus est  
 et velut somno excitatus, aut cinere euolutus redire in lucem

et reuiuiscere, animae penetralia occupans. Vbi com-  
 pletis igne vesano totis praecordius immodice buchnatus  
 amor exaestuabat, mulier iuuenti Cupidini succubuit.  
 Amatori huic quas flamas, atq. incendia, quas pectoris  
 aethnacas deflagrationes, quae busta redacti iam cordis  
 in cinerem, quos im, sactos animo tyrannos vultures,  
 quas fibris instantes promethaeas aues, quos agges,  
 tos in fine malorum thesauros, quas nocentium  
 paenas Poetae asseruissent? quas ad eam literas aestuantis  
 animi ministas atq. inter pretis, cruore conscriptas, la-  
 chrymis corruptas, nequitiarum blandimentorumq.  
 ad intima delapsi praecordia meis medullis acerrimum  
 comouent incendium. Utinam intimos pectoris mei sinus  
 ac recessus posses oculis intueri! perspiceres omnes ocul-  
 tissimos meae voluntatis motus. Inuicriam amori  
 fecerunt, qui finaxen pennatum, quasi vero egeat alis.  
 Bellis im mortalis! Quid amore pernitius? Amen! saxa  
 et volabunt. Impingatur quodlibet onus amantis hu-  
 mero, se se leuior efferet. Statuatur in eo molis, illa  
 erit eius robori tanquam puerilis pilae lapsus ad ludum  
 Amorem princeps ille Philosophorum Plato magnum bellum  
 appellat. Orpheus Clauicularium amorem fecit; Rodoc habet  
 clauis, quibus pectus vpius pandit amanti, ut ex se exeat;  
 et alienius recludit, ut illuc domicilium transferat. Natura  
 sub votum venit, fies u, quod amaueris; amor labor tui  
 erit, id se faciet, in quod tendet. Amor, quem desiderium ge-  
 nit, furius est, ille solum legitimus, qui pater desiderii  
 filius rationis. Amor humor quidam et succus bonita-  
 tis. Ament quidem et amans sed prudentei amens. Fere  
 illud est malisuum amoris sacramentum, pro amico aut  
 cum amico mori. Precium amoris est mbri cum amico.  
 Fructus cum amico uiuere. - Amor est efficacissimum  
 pharmacum amoris; pretium amoris; Pharus amoris;  
 nictat ad se amatoria flama, vocat, dirigit; est ignia u

Nicephorus

idem

39.

rium amoris, extundit e lapide ignes. Cor filiceum creat  
scintillas, percussum amore, si amari noscat. Amor cum  
Echo est, ubi est, redditur, et pari tono respondet. Amor sapi-  
entis perfectus orbis est, adaequatus quadraturae virtutum.  
Amor est hirudo et Spongia affectuum; sugit et ebibit omnes.  
Cordis est sicarius, latro cerebri, atq. plagarius animi.  
Nullum, pharmacum est efficacius amoris, quam amor. *Nicomedes*  
O amor! quam potens es affectus; affectus reliqui sunt corde  
contenti, sed amor etiam sedet in oculis, amor vigilat in  
auribus, amor latet in olfactu, amor renidet in labiis,  
amor discurrit in lingua, amor sudat in brachiis, amor  
volat in pedibus, amor spirat in pulmonibus, amor  
calet in visceribus, amor palpitat in arteriis, amor re-  
quiescit in medullis. Unde autem tanta potentia? Hic Proclus,  
hic Salta; hoc opus, hic labor. Tuit aliquando de hoc consilium.  
Dixit unus, qui erat Physicus, causam esse calentem sanguinem  
amantium. Alter, qui Astrologus, causam esse influxum  
Astroborum in horoscopoantium. Tertius, qui Ophthalmi-  
cus, causam esse mictionem spirituum in oculis sese ex-  
picientiumantium. Post longum scrutinium conclu-  
serunt omnes, causam non posse indagari et in hoc Epitho-  
nema motuperunt: Amor est nescio quid; natus nescio unde;  
qui venit nescio quomodo, et accedit nescio quo pacto. --  
Ventum nominaveris; qui terra conclusus, imurmurat primum  
per omnem deinde sese volat, reuoluitq. cavernam, ac demum  
contineri impatiens incubans sibi montes ei aculatur.  
Nubem compellaveris; quae ubi vaporum cumulatione intu-  
muerit, iam suo ipsa ponderi impar non distillat in guttas,  
sed uno oppida et vrbes, campos et agros, regiones et provin-  
cias nubifragio contumulat. Ignem nuncupaveris, qui si  
coyatus in angustias, semetipsum violentior urget; donec  
perrupto tandem carcere, liberat aures nanciscatur. --  
Nulla vis amore fortior, etiam triplicis ferri munimenta  
peruadit. Ametur. Magneticum amoris est robur, rigen-  
tia ferro pectora mutuos trahit in amores. Ametur. 154.

Sed extrema licet moliantur, non te in omnem turpitudinem  
assurgentem certe supra humana omnia viraginis animam  
non demolieris. Potes nefande cordium agricola amorem se-  
rere, sed nec segetem spera, nec messem. Cum in semine vitium  
fuit, omnis ante herbam perit agricolarum expectatio. Potes  
sacrilege mentium incendiarie flamas et ignis iacere, sed ro-  
re coeli imbutum, factus non corripes, ardere nequit animus,  
qui rore madet. Potes, inuerecunde honestatis Propola, regi-  
as apparatus nuptias; sed choreas alias non vidbis, nisi qui-  
bus Heros Visula vigor, nocul ab omni aduocatus conu-  
tio ad immaculatum Agnum exsiliet. Regius amor imbelles  
expugnare, potest animos, non Visulam, amara non  
postulat, nisi ab illo, qui iusa est charitas: cui vni placu-  
isse, omne est amphitheatrum delectasse. Est scilicet stupen-  
darum metamorphoseon architectus amor, qui nouis fel in met-  
spinas in rotas, turbines in serenitatem, tempestates in quietem,  
fuerera in festa, satellitium mortis in coronaria amoris  
arma commutare. Non amat, cui tormenta sunt fel; cruci-  
atus, sunt spinae; aduersa, sunt turbines; crudelitas est tem-  
pestas; tyrannis, est funus. catastae sunt mortis. Amor  
habet in tormentis mella, in cruciatibus rosas, in crudeli-  
tate quietem, in tyrannide festum, in catastis coronas.  
Amor enim fons est amoris, qui cum bibitur, sitim non sedat  
sed accendit. Amor incendium est amoris: quemcumq; inuiserit  
animum, paribus flammis inuoluit. Allicium est amoris: per om-  
nem semitam, qua graditur, grauissima violentia sequentem tra-  
hit amatum. Nutrimentum est amoris: hoc ubiq; reuerit alterius  
occipit incrementum. Amor rete est amoris: hoc dum panditur  
amor trahitur captiuus. Esca est amoris: hoc dum gustatur,  
animus inhamatur. Amor speculum est amoris: quos a se  
disperserit radios, recipit cumulatiores. Amor cynosura  
est amoris: haec ubi cordis ex polo resulserit, statim  
alieni amoris portam recludit. 156. Desiderii de Roger.



[ksiaznica@kc-cieszyn.pl](mailto:ksiaznica@kc-cieszyn.pl)